



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**D. A. Ad Beatissimvm Sixtv m V. Pontificem Maximvm
Tractatus De Casibus reservatis**

Zanchi, Lelio

Veronae, M. D. LXXXV

D. A. Beatissime Pater.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61633](#)

D. A.

BEATISSIME PATER.



VO sunt, & omnino quidem
inter se diuersa, quæ humani
sensus animi soleant vehemen-
tissime perturbare, dolor scili-
cet, atq; lætitia, in quibus hoc
vnū maximè considerandum
arbitror si illa sunt in suo gene-
re pariavnde nunc fiat, vt christicolarū vniuersa mul-
titudo, veraq; totius orbis Religio repento quasi
motu concita omnibus acerbissimi doloris omisis-
indicijs maxima hilaritate animorum penitus letitiæ
incumbat, præsertim cum mēroris acerrimi causa es-
set, Optimi Pastoris nuper amissi cura: quæ iaetura
grauissima pari animi dolore prosequēda videretur.
Verum vt illa de causa maxime dolendum iure opti-
mo censebamus, multo magis nunc, fugata omni
mēstitia exultādum omnibus, totis animi sensibus,
quis non videat; te nō modo Pastore diligentissimo,
sed Patre potius optimo, vt par fuerat, tam breui tē-
poris spacio comparato? cuius admirabili sapientia

A 2

futurum cōfidimus, vt sublatis omnibus, si quę resi-
dent in christiana Republica errorum reliquijs in pri-
stinam pulchritudinem, & maiestatem, maximo cū
splēdore Christi sponsa purissima vendicetur, habet
enim illum iam vita suęctum in celo, qui precibus af-
fiduis apud supremum omnium dominum interce-
dat, te autem viuū, atq; presentem, qui iubēs, orāsq;
vt commodius esse videbitur, & pijs actionibus, tan-
quam exemplar optimū antecedēs, iter facillimum,
ac rectissimum ad beatitudinem ostendas. Ideo ipse
quoq; qualiscunq; sim, in hac tam celebri omnium
lætitia totis animi viribus exultans, quoquo modo
potui, pectus meum tibi aperiendum censui; cu-
piensque inter deuotissimos tuę Sanctitatis seruos,
si quā possum ratione cooptari. Ne me iura Ciulia
Pontificia que vestra profitentem penitus ignores, ca-
sus aliquos ad supremum tuę dignitatis culmen per-
tinentes in presenti hoc anno meo Climaterico enu-
cleandos duxi, tuęque celsitudini breui hoc opuscu-
lo offrēdos, sperans illud quale quale sit tibi qui ma-
gna elargiri, & parua accipere confueueris non om-
nino ingratum futurum. Veronæ, Die
Mensis Anni. M. D. LXXXV.

Humilimus Seruus.

Ldius Zanchus.